

LEX IV.—Cum capitur quis pro crimine iudicis mandato, si est homo bonæ famæ, et vult cum uxore vel familia loqui antequam ad iudicem veniat, duci debet, si id roget, per domum suam, si eam in loco illo habet; sed taliter ducatur, ut cautus sit ducens ne fugiat, aut ecclesiam intrare possit: demum præsentetur Regi vel iudici, qui mandavit eum capi. Si tamen ille captus est homo mæ famæ, ut latro, vel alius qui consuevit crimina facere, non debet ad domum duci, sed ad Regem vel Iudicem recta via; adductus autem captus ad iudicem, statim jurare faciat de veritate dicenda in facto illo pro quo captus est, et dictum in scriptis ponat; et persona in custodia tali, qualem delicti qualitas, et personæ honestas, vel vilitas exposcit. Hoc dicit.

(1) *El Judgador*. Non potest quis capi nisi de mandato iudicis, ut hic, et in l. fin. C. de exhib. reis, et supra eod. l. 2.

(2) *A su casa*. Adde l. 2. C. de exhib. reis, ubi habetur de dilatione quæ datur ad componendos mestus pœnales, id est, rem familiarem, ut declarat ibi Gloss. et latius Specul. tit. de accusat. §. 1. vers. scias igitur, et ut declarat ibi Salicetus, debet hoc fieri sub fida custodia, vel in carceribus positus, vel fidejussoribus relaxatus, secundum enormitatem delicti, et qualitatem personæ. Tu tene menti istam legem Partitatum.

(3) *Jurar que diga la verdad*. Per istam legem est quotidie in practica, quod accusato vel inquisito capto, recipitur ab eo iuramentum de veritate dicenda; et de ista lege meminit Rodericus Suarez in comment. l. 4. tit. de las juras, lib. 2. For. LL. fol. 5. vers. unum nota perpetuo: sic etiam Angel. Aret. in suo tract. malefactor. in parte comparuerunt dicti inquisiti, in princip. ponit hæc verba: Tu, iudex, non recipias aliquam responsonem in maleficiis, nisi juret reus de respondendo veritatem, et non sufficit, quod respondeat per verbum credit, imò per veritatem debet respondere, ut notat Bald. in l. Marcellus, D. de rerum amot. et in l. inter omnes, §. rectè, in fin. D. de furtis, et ibid. col. 2. quod debet responderi sine dilatione; et facit pro hoc bonus textus in cap. cum dilecti, de accusat. Adverte tamen, quia Doctores in ista materia loquuntur diversimodè, nam Specul. tit. de inquisit. §. viso igitur, col. 5. vers. inquisitores quoque, dicit, quod inquisitores non exigant à reo iuramentum, quia non tenetur contra se jurare, sed promovens inquisitionem testes et probationes inducat; si tamen nullo prosequente, sed ex officio superioris inquiratur, tunc jurabit propter infamiam contra se ortam, ut in cap. 1. et cap. quotiens, de purgat. canon. cap. si constiterit, et cap. cum dilecti, de accusat. idem etiam Specul. in tit. de positio. §. 7. videntur, vers. 19. considerandum est, dicit, quod sive agatur de crimine per viam accusationis, sive per modum inquisitionis vel exceptionis, non cogitur aliquis respondere se criminis, juxta illud Chrysost. non tibi dico, ut te prodas, et ibi respondet ad cap. dudum, et l. 2. de elect. et cap. per inquisitionem, eod. tit. et ad cap. 2. de confes. et ad dict. cap. si constiterit, et ad alia jura; ponit tamen aliquos casus sequens dicta Innocentii in dict. cap. dudum, et cap. 2. in quibus tenetur respondere, super notoriis scilicet, seu manifestis per sententiam, vel alio modo; quia tunc peccatum esset celare veritatem, allegat cap. tua, de cohab. cleric. et mulier. super occultis verò non tenetur respondere. Item et tenetur super his, quæ impediunt executionem officii, vel retentionem beneficii, etiam postperactam pœnitentiam. Item, si dissimulatio criminis periculum inducit, ut hæresis, vel dilapidationis, in quibus est periculum, si occulta sunt. Item si sit infamia super crimine, nam tunc etiam cogeret infamatus se suo et aliorum juramento purgare, 2. quæst. 5. cap. Presbyter; et quia peccatum est suscipere infamem in dignitate. Item debet respondere secundum eum, an sit condemnatus vel confessus de crimine. Abb. etiam in dict. cap. 2. de confes. col. penult. et fin. late tractat hunc articulum, an positioni criminis respondere debeat reus; et ibi ponit dicta Innocentii, et tandem se resolvit in duas conclusiones: prima, quod si proceditur per inquisitionem ex mero iudicis officio, tenetur inquisitus respondere positioni criminis, si id de quo quæritur, sit notorium, seu famosum, aliàs secus. Secunda, quod ad instantiam partis respondendum est positioni criminis, si id de quo quæritur sit famosum, et impediatur ordinis executionem, et beneficii remotionem de quo agitur, neque veniret imponenda pœna temporalis. Sylvester etiam in sua summa, in parte confessio, l. in princ. vers. 1. in ista quæstione, an ad interrogationem iudicis quis obligatus sit fateri delictum, refert dicta Abb. in dict. cap. 2. addens idem esse, quando delictum esset semiplenè probatum, allegat S.

Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. et textum in dict. cap. cum dilecti, et dicit hoc esse verum, quando agitur ad pœnam spiritualem, non verò si esset alia pœna, et quod si factum non est notorium, neque flagrat infamia, non tenetur respondere, etiam si jnrasset dicere veritatem, secundum Henr. c. de Gand. in l. quodlibet, quæst. 33. neque est obediendum in hoc Prælato, quia est contra charitatem; et occulta non sunt publicanda, sed Deo soli relinquenda, cap. si omnia, et cap. oves, et cap. ex merito, 6. quæst. 1. et si procedatur ad instantiam partis; tenet conclusionem Abbatis. S. Thom. in dict. quæst. 69. art. 1. dicit, quod pertinet ad debitum justitiæ, quando aliquis obediatur suo superiori in his, ad quæ jus prælationis se extendit; et iudex dicitur superior respectu ejus, qui iudicatur, et ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere quam ab eo secundum formam juris exigit; et ideo si confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, moraliter peccat. Si verò iudex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest vel per appellacionem, vel aliter licitè subterfugere, non tamen licet dicere mendacium; et non aliter declarat B. Thom. quando iudex de hoc interroget, an sit semiplenè probatum, vel ne, an sit infamia, vel non, an agatur ad pœnam temporalem, vel spiritualem: in eadem tamen quæst. art. 2. magis se declarat, cum dicit, non enim quis tenetur omnem veritatem confiteri, sed eam solam quam ab eo potest et debet requirere iudex secundum ordinem juris, puta, cum præcessit infamia super aliquo crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cum præcessit probatio semiplena: et sic velle videtur, quod sive agatur ad pœnam spiritualem vel temporalem, si sit casus, in quo iudex licitè interroget, quod respondere tenetur: et dicta S. Thom. refert et sequitur Archidiaconus in §. item quod dicit, 2. 2. quæst. 2. Abb. in cap. 1. de testib. cogend. idem vult S. Thom. 2. 2. quæst. 55. art. 7. in fin. Ego qui ratione muneris hujus, quod ob aliorum levamen libenter suscipio, cogor meam dicere sententiam: in ista varietate dicerem, quod in hac quæstione sit tantum attendendum, an iudex ritè formans suum processum, possit interrogare, vel ne; neque curo quæ pœna posse imponi, an spiritalis vel alia, an procedatur ex officio, vel ad instantiam partis, non enim inter hæc reperio bonam rationem diversitatis, crimen sit notorium vel famosum, vel ne: sed tantum an iudex licitè interroget, vel ne, sequendo dicta S. Thom. et certè si crimen esset occultum, ita quod non possit probari, illud enim dicitur occultum, ut notat Abb. in cap. ex lit. erarum, de temp. ordin. et in cap. vestra, de cohab. cleric. et mulier. Dominicus et Alexand. in cap. erubescant, 52. dist. certè de talibus non debet se intromittere iudex terrenus, sed relinquere debet divino iudicio, ut in dict. cap. erubescant, et facit glossa notabilis in Clement. 1. de hæret. in §. pen. super verbo eo ipso, et quæ notatur in cap. si sacerdos, de offic. ordinar. et dicit Abb. in cap. novit. de iudic. et sequitur ibi Andreas Siculus, col. 57. quod in peccato occulto noto soli denuntianti, iudex non debet ad aliquem actum judiciale procedere, neque subtrahere ei, de quo est sibi denuntiatum, sacramentum, neque eum in genere excommunicare. Et tradit Petr. de Palud. in 4. sententiar. dist. 49. quæst. ult. art. fin. quod quando crimen est occultum, et de eo non præcessit infamia, et non potest sufficienter probari, veluti quia scitur à solo denuntiante, tunc neque ipse qui scit, debet denuntiare occulta, quæ probari non possunt, non sunt trahenda in publicum, dicit Gloss. in cap. in scripturis, 96. dist. Si verò crimen sit semiplenè probatum, vel sint de eo talia indicia per quæ reus posset torqueri, tunc iudex licitè interrogat, si reus tenetur respondere, quia iudex secundum formam juris procedit, et interrogat; et ita procedat, quod hic habetur in ista lege: si verò non adsint talia indicia, vel semiplena probatio, ex qua possit deveniri ad torturam, et cesset infamia, tunc reputo crimen occultum et improbabile, et iudex licitè non potest interrogare, neque tenetur reus respondere, neque se prodere; et ita procedat dictum Chrysostomi, non tibi dico, ut te prodas, de quo habetur, de pœnitent. dist. 1. in cap. quis aliquando, in §. his auctoritatibus. Sis ergo cautus iudex, qui aliquando ex levi indicio capis, ne reus fugiat, qui antequam interroget, habeas sufficientem probationem, saltem ad torturam, vel ita quod possit incuti terror torturæ, juxta id, quod dicit Bald. in l. 2. col. 2. C. quorum appellat. non recip. vel quod præcessit infamia, ut dictum est superius, ex qua esset indicenda purgatio; secus si non esset casus indicendæ purgationis, licet esset infamia, ut declarat Abb. in dict. cap. 2. de

confes. et Præpos. Alex. in cap. ex penitentibus, col. 1. 50. dist. nam aliàs non ritè procederes, neque posses reum interrogare licitè, et damnares animam tuam, neque tunc te excusaret zelus justitiæ, quo assereres te moveri, nam ut dicit Hostiens. quem ibi refert Abb. in cap. cum in juventute, de purgat. canon. non debet fieri aliquid ex solo zelo justitiæ, nisi subsit iudicium rationis; quod dicit facere contra Religiosos Prælatos habentes tantum zelam in puniendis delictis, ut prætermittant ordinem iudicarium, inquirentes quandoque de criminibus omnino occultis: facit benè quod dicit Baldus in l. 2. C. de exhib. reis, ubi dixit, quod licet in criminali non fiant positiones à parte parti, sunt tamen interrogationes, quæ producuntur tantum iudici, et potest iudex ex mero officio interrogare in criminali, ubicumque movet eum æquitas, et maximè ubi est locus torturæ, allegat l. Divus Adrianus, P. de custod. reor. ubi quod latrones interrogantur de consociis; et facit benè quod habetur Josue cap. 7. vers. 19. ibi: «sili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere aique indica mihi quid faceris, ne abscondas, etc.» Habita verò tali probatione, licet quoad eam reus non fuerit citatus, ut dixi supra eod. in l. 1. securè poteris interrogare per istam legem quæ hoc vult, et quia jam non potest dici crimen omnino occultum, imò crimen, quod potest probari, ex quo adest semiplena saltem probatio, vel ad interrogandum, sufficiens ad torquendum; tamen si reus negaret, opus esset, quod in plenario iudicio reproducerentur testes, ut defensor reo non tollatur; nequo mireris si summaria informatio delicti facta sine citatione partis sufficeret ad interrogandum sine tortura, cum et aliquando ex testibus ita receptis sequi potest condemnatio, ut tradit Baldus in l. observare, §. proficisci, vers. 6. quaritur, D. de offic. procons. et legat. et in repetit. l. edita, col. 5. C. de edendo, et in l. 2. ubi Bart. et Joan. de Plat. C. de naufrag. lib. 11. Tu verò cum habueris majus otium, considera latus, et gratias age amico, qui suis laboribus ista contulit; et adde Episcop. Calagur. Joan. Bern. de Luco, in sua praxi criminali, cap. 118. quem post hæc vidi, qui faciens mentionem de ista lege Partitarum, an procedat in clericis, subdit, quinimo opinor, quod in laicis captis non liceat id indistinctè, fieri salva iudicis conscientia, nisi iudex habeat contra reum semiplenam probationem de dicto, aut expressa indicia, aut infamia; non tamen allegat aliquid ad hoc, nisi S. Thom. ubi supra, ego enim allegavi, et Cajetan. ibidem dicentem addere unum notabile, quod in casu quo procedunt indicia, debent manifestari reo, ut sciat se esse in tali articulo constitutum, qui tenetur obedire iudici præcipienti, et extorquente veritatem, ac etiam ut possit se purgare, et contra illa opponere: unde infert dictus Episcopus, quod sicut ante torturam debet dari copia indiciorum, sic ante interrogationem, ut iudex justè interroget: et ad istam legem Partitarum dicit, quod loquitur in hominibus malæ famæ. Tu tamen tene quod dixi, quia lex ista in omnibus loquitur quoad iuramentum, et receptionem confessionis rei, et illa distinctio bonæ vel malæ famæ, sit alio respectu, videlicet, an debeat deferri per domum, cum capitur, ad componendum rem familiarem, vel non, si statim deferatur ad carceres, ut ibi secundum verum sensum apparet; et quia non esset rectus sensus intelligere, quod ita demum liceat recipere iuramentum à reo, ut veritatem dicat, si sit infamatus, cum fortioris potentia sit unus testis de visu, quam infamia: et practica, quæ est vera legum intellectrix, in omnibus id intellexit, et admisit, unde stante ista lege et probatione indiciorum, quam dixi, videtur fortè dicendum, quod tunc, ut dixi, etiam non data ante copia indiciorum reo, iudex licitè interroget.

(4) *Conoscere el yerro*. Sic et dicit Baldus per textum in l. 2. C. de exhib. reis, qui postquam reus est convictus, vel confessus crimen, licet reum ponere in compendibus, et ponere sibi in manus manicas ferreas: et debet ita fieri secundum eum, quando sine ligamine non potest commodè custodiri; nam si posset commodè custodiri sine ligamine, tunc non possit vinculari, cum hoc fiat ad custodiam, non ad pœnam, et adde infra ead. in l. 6. Quid tamen si non fatetur, sed negat reus crimen? Dic, ut per Bald. in dict. l. 2. ad fin. cujus resolutio est, quod si est suspectus de crimine, non tamen est convictus vel confessus, si crimen sit multum atrox, mittatur ad carceres, l. 1. C. de custod. reor. si crimen non sit ita atrox, poterit sub custodiis detineri in loco honestiori, l. 1. et l. Divus, D. eod.

(5) *Ome de buen lugar*. Defertur nobilibus circa modum carceris, ut hic et in l. 1. D. de custod. reor. et limita et intellige, ut in l. 6. infra eod. et nobili accusato potest pro carcere assignari totum palatium et civitas: et satisfacit rector statuto disponenti, quod accusa-

tus ponatur in carcere, ubi dixit notabiliter Angelus in l. qui in carcere, D. quod met. caus. allegat pro singulari dictum Jason. in l. admonendum, col. 75. D. de iur. et idem Angelus in l. 2. C. de exhib. reis, dicit, quod vidit multoties iudicem statuere accusato pro carcere unam civitatem: et dicit, quod potest hoc licitè facere, quando personæ nobilitas hoc requirit, et iudex credit pro certo illum non fore culpabilem: vide etiam bonum textum in l. si gravior, C. de dignitat. lib. 12. ubi quod illustres de criminibus gravioribus impediti, non detrudantur in carcerem, sed militari custodiæ committuntur; et de eorum criminibus debet fieri relatio Principi, neque per iudices minores puniuntur.

(6) *Por riqueza*. Defertur hic divitibus, et dicit Barlolus per textum ibi in l. capitalium, §. servi cæsi, D. de pœnis, quod sicut nobiles ex consuetudine non suspenduntur, neque patiuntur viles pœnas, item est dicendum de aliis popularibus divitibus et honestioribus, et favendum est ditioribus, isti enim faciunt negotia universitatum, l. penult. in fin. C. de prædiis Decur. lib. 10. qui plus habet in terra, plus diligit, ut terra crescat; pauperes non cogitant nisi tumultare civitatem, et illi sunt qui seditiones procurant, ut currant ad spolia, ut dicit Sallustius in Catilinario: tradit Andr. de Isern. in l. 1. in princ. de pace juramen. firmand.

(7) *Por sciencia*. Equiparantur hic litterati nobilibus de genere, adde Glossam 2. in l. 5. D. pro socio, et cap. de multa, de præbend. et quando crimen est gravissimum, Doctor potest capi et incarcerari. Glossa, et ibi notat Joan. de Plat. in l. medicos, C. de profes. et medic. lib. 10. et vide infra eod. l. 6.

(8) *Lugar seguro*. Veluti in aliquo fortillio, ut moris est: et adde ad istam legem Angelum in l. 2. C. de exhibend. reis, et dict. l. 1. D. de custod. reor. si tamen sit tale crimen, quod securè non potest tradi militibus custodiendus, ponetur in carceribus, ut in dict. l. 1. et l. Divus, eod. tit. et satis probatur in ista lege, cum in istis personis hoc specialiter permittat, quando possent extra carceres custodiri alibi sub fida custodia.

(9) *En la carcel*. Adde l. 2. C. de exhib. reis, et l. 1. D. de custod. reor. et C. eod. in l. 1. et l. 16. tit. 1. ead. Part. et vide per Bald. in dict. l. 2.

(10) *Bien recabdado*. Et pro majori maleficio debet quis cautius custodiri. Vide Bald. in l. minime, C. de appellat.

LEY V. — En que lugar denen tener presa, e recabdada la muger.

Muger alguna seyendo recabdada por algun yerro, que ouiesse fecho, que fuesse de tal natura, porque mereciesse muerte, o otra pena qualquier en el cuerpo, non la deuen meter en carcel con los varones (1); ante dezimos, que la deuen lleuar a algun Monesterio (2) de dueñas, si lo ouiere en aquel lugar, e meterla y en prison, e ponerla con otras buenas mugeres, fasta que el Judgador faga della lo que las leyes mandan. Ca, assi como los varones, e las mugeres, son de departidas naturas, assi han menester lugar apartado do los guarden; porque non pueda dellos nacer mala fama, nin puedan fazer yerro, nin mal, seyendo presos en vn lugar (a).

(a) Véase lo que dispone la L. 3, tit. 38, lib. 12 de la N. R.; y en el núm. 2 del art. 287 del Código penal de 1848.

LEY V. — Mulier capta non ponatur cum hominibus in carcere, sed in aliquo Monasterio monialium tradatur custodienda, ut ibi comedes, aut mulierum custodia sibi apponatur, ne alias, si carcer virorum et foeminarum sit una, inhonestum quid succedat. Hoc dicit.

(1) *Con los varones*. Concordat cum l. quoniam, et cum authent. ibi posita, C. de custod. reor. et procedit hoc, etiamsi sint mulieres meretrices inhonestæ, quia neque tunc includi debent cum viris, quia neque virorum honestas injurianda est, ut dicit Angelus in dict. l. quoniam: debet ergo tunc poni in alio carcere, et non cum mulieribus honestis, quia meretrices non sunt dignæ legum laqueis innodari, l. ea quæ, C. de adult. secundum Petr. Alberic. et Salicet. in dict. l. quoniam.



(2) *Monesterio.* Istud non est in usu. neque videtur expediens, cum iudex laicus non possit coercere malam custodiam, quæ fieret in monasterio: ex lege tamen ista, et ex dicta authentica, unde sumitur satis innuitur, quod non gaudet immunitate mulier, quæ ratione delicti carceratur in monasterio; qua gauderet, si alàs fugeret in monasterium, nam gaudet immunitate ecclesiæ secundum Archid. in cap. *diffinit.* 17. quæst. 4. et Sylvestrum in summa, in parte *immunitas* 3. fortè tamen ecclesiæ seu monasterium defenderet, ne per vim extrahatur, et ideo non est tutum, ut talis carceratio fiat.

LEY VI. — En que manera deuen guardar los presos, los que lo han de fazer (a).

Monteros, o Ballesteros, o otros omes qualesquier, que son puestos para guardar los presos del Rey, o de algun Concejo, non los deuen sacar de aquel lugar donde gelos mandaron tener, nin de la carcel, nin de la otra prision, para lleuarlos a otra parte, en ninguna manera, sin mandamiento del Rey, o de aquel Judgador que gelos dio en guarda; fueras ende, para fazer algunas cosas que ellos non pueden escusar. E maguer diximos en la tercera ley ante desta, que el que fuere ome honrrado por linaje, o por riqueza, o por sciencia que ouiesse, que lo non deuen meter en carcel, nin en otra prision; con todo esso dezimos, que si el preso otorgasse delante del Judgador, que auia fecho el yerro por que auia seydo recabddado, o gelo ouiessem prouado, e aquellos que lo tubiessem en guarda, se temiessen que se yria; estonce, bien lo pueden meter en fierros, e tenerlo guardado en ellos, en el lugar que gelo encomendaron, de guisa, que puedan ser seguros del, que non se yra. Otrosi dezimos, que deuen ser acuciosos los que deuen guardar los presos, para guardarlos todavia con gran recabdo, e con gran femencia, e mayormente de noche (1), que de dia. E de noche los deuen guardar en esta manera (2); ebandolos en cadenas, o en cepos (b), e cerrando las puertas de la carcel muy bien: e el carcelero mayor deue cerrar cada noche las cadenas, e los cepos, e las puertas de la carcel, con su mano mesma, e guardar muy bien las llaves, dexando omes dentro con los presos (3), que los velen con candela toda la noche, de manera que non puedan limar las prisiones en que yeguieren, nin se puedan soltar en ninguna manera: e luego que sea de dia, e el sol solido (4), deuenles abrir las puertas de la carcel, porque vean la lumbré. E si algunos quisiessen hablar (3) con ellos, deuenlos estonce sacar fuera vno a vno, todavia estando delante aquellos que los han de guardar.

(a) Tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) Si fuere absolutamente necesario para su custodia, pues la cárcel no es lugar de castigo ni de mortificación. (L. 11 de este mismo título.) Véase el núm. 3 del art. 287 del Código penal de 1848.

LEY VI. — Fines mandati iudicis custodiendi sunt circa incarceratos, et de nocte custos major manu propria cijos et compedes claudat, et januam et claves cautè custodiat, interius dimisis hominibus cum captis, cum lumine, ne compedes limentur, et sole orto aperiantur carcer, ut lumen videant capti: et si quis incarceratus vult loqui cum alio, extrahatur à carcere: sed tunc custodiatur benè per consistentes. Hoc dicit.

(1) *De nocte.* Concordat cum l. 1. C. eod. ubi Angel. notat, quod qui debet custodire rem vel personam, debet de nocte duplicare

custodiam, ex quo infertur ad castellanos qui teneantur ad custodiam castelli.

(2) *En esta manera.* Tene menti istam legem, quæ latius in hoc loquitur, quam dicta l. 1. de qua sumpta est.

(3) *Con los presos.* Non uni tantum custodia, sed duobus ad minus committenda est, l. fin. D. *de custod. reor.* ubi Angelus notat.

(4) *De dia, e el sol solido.* Facit ad illam quæstionem, de qua per Bart. in l. *aut facta*, §. *tempus*, D. *de pœnis*, an mane vel sero dicatur dies aut nox, et Angelus in dict. l. 1. dicit, quod mane intelligitur post cantum galli, et sero intelligitur nox, quando factæ sunt tenebræ, ita quod homo de facili non recognoscitur, cap. *se perfodiens, de homicid.* cum ergo cœlum albescit, dies est, licet sol non sit, cum speretur de proximo, et tanta sit claritas, qua homo bene recognoscitur: subdit etiam quod benè est verum, quod illa particula diei appellatur mane, non autem est dies propriè, ut in l. *Titius*, D. *de liber. et posthum.* quod dicit notandum esse ad multa. Adde Bart. in dict. §. *tempus*, et in l. *Titius testamento*, l. §. D. *de liber. et posthum.* et in l. *qui duos*, §. *hæc conditio*, D. *de manumis. testam.* Bald. in l. fin. C. *de his quibus ut indign.* et in l. 2. ad fin. C. *quibus res jud. non nocet*, et in l. *data opera*, col. 8. C. *qui accus. non poss.* et quæ notat Decius in mater. consil. 334.

(5) *Fablar.* Nota quod permittendum est carceratis, alloqui cum procuratoribus et amicis, adde l. 2. cum gloss. C. eod. ex causa tamen, fortè si necdum ab eo est recepta confessio, iubetur aliquando, ne permittant. quod quis eis loquatur, ne instruantur ad negandum.

LEY VII. — Como deuen guardar el preso fasta que sea judgado (a).

Guardado deue ser el preso en aquella prision (1), o en aquel lugar, do el Judgador mando que lo guardassen, fasta que lo judguen para justiciarlo, o para quitarlo. E si el yerro que fizo fuere prouado por testigos verdaderos, o si el non se defendiere por alguna razon derecha, non le deue el Judgador mandar meter a la prision despues, mas mandar (2) que fagan del aquella justicia que la Ley manda: e si por auentura el yerro non fuere prouado por testigos, e lo conociere el, si la conoscencia fiziere por tormentos (b) que le diessen, o por miedo que ouiesse, non lo deuen luego justiciar, fasta que lo otorgue otra vegada (3) sin ningun tormento que le den, nin por miedo que le fagan. E si lo otorgare a la segunda vez, non lo apremiando, nin le faziendo ningun mal, estonce deuen del fazer justicia (c). Otrosi mandamos que ningun pleyto criminal non pueda durar mas de dos años (4) (d); e si en este medio non pudieren saber la verdad del acusado, tenemos por bien, que sea sacado de la carcel en que esta preso, e dado por quito (3); e den pena al acusador, assi como diximos en el titulo de las Acusaciones, en las leyes (6) (e) que fablan en esta razon.

(a) L. 16, tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) (c) Esto no procede en la actualidad, habiéndose abolido el tormento justisimamente por las disposiciones legales que hemos citado en nuestra nota última a la L. 26, tit. 14 de esta Partida.

(d) No se halla en práctica esta disposición.

(e) Véanse las LL. 1 y 26, tit. 1 de esta Partida, y nuestras notas a las mismas.

LEY VII. — In loco, in quo iussus est custodiri, usque ad sententiam est captus custodiendus: et si crimen probetur contra eum legitime per testes, vel confessionem spontaneam, vel per torturam, in qua postea perseueret sponte, non reductur ad carcerem, sed statim de eo fiat justitia: nec duret instantia causæ criminalis ultra duos annos, intra quos accusatore non probante absolvitur reus, et accusator legitime punitur. Hoc dicit.

(1) *En aquella prision.* Adde l. *carceri*, D. eod. et l. 10. tit. 14. lib. 2. *Ordin. Regal.*

(2) *Mas mandar.* Nam pœnæ reorum non debent differri, l. fin. C. eod. et hic.

(3) *Otra vegada.* Adde l. 4. infra tit. 50. et quæ ibi dico.

(4) *Dos años.* Concordat cum l. fin. C. *ut intra cert. temp. crimin. quæstio termin.* hodie tamen non est hoc in usu; imo durat instantia, et reus condemnatur vel absolvitur diffinitivè etiam post istud tempus, sive agatur per accusationem, sive per inquisitionem.

(5) *Por quito.* Absolvendo eum ab instantia et observatione iudicii, condemnando accusatorem in expensis, ut declarant Gloss. et Doctor. in dict. l. fin.

(6) *En las leyes.* l. 1. et 26.

LEY VIII. — Como el Carcelero mayor deue dar cuenta cada mes vna vez, de los presos que tuuiere en guarda, a aquel que geles manda guardar.

El Carcelero mayor de cada lugar deue venir vna vez cada mes (1) delante del Judgador Mayoral que puede judgar los presos, e deuel dar cuenta de tantos presos que tiene, e como han nome, e por que razon yaze cada vno dellos, e quanto tiempo ha que yacén presos. E para poder esto fazer el Carcelero ciertamente, cada que le aduxeren presos, deuelos recibir por escrito, escriuiendo el nome de cada vno dellos, e el lugar do fue, e la razon por que fue preso, e el dia, e el mes, e la era en que lo recibè, e por cuyo mandado; e si algunos contra esto fizieren, mandamos que pechen a la Camara del Rey veynete marauedis de oro: e el Judgador de cada lugar deue ser acucioso para lo fazer cumplir, porque los pueda quitar, e condenar assi como dicho es en esta ley; e el Juez (2) que contra esto fiziere, deue ser tollido del officio por infamado, e pechar porende diez marauedis de oro al Rey (a).

(a) Estas disposiciones han sido reemplazadas por las leyes de los títulos 38 y 39, lib. 12 de la N. R., que trantan de los *alcaldes y presos, de las visitas de cárcel y presos*, debiendo observarse ademas lo dispuesto en el cap. 11 de las Ordenanzas de las Audiencias de 20 de diciembre de 1835, relativo a los *alcaldes de las cárceles*. Véase ademas el núm. 4 del art. 286 del Código penal de 1848.

LEY VIII. — Commentariensis carceris major quolibet mense veniat coram iudice, et ei relationem faciat de numero captorum, et de eorum nominibus, ætate, et de tempore quo quilibet fuit captus, et de causa quare; quia debet unumquemque ex carceratis recipere scribens personam, locum, et causam quare carceratur, diem, mensem et annum, et de cuius iudicis mandato capitur: et qui id per relationem iudici non manifestaverit, solvet Regis cameræ viginti morapetinos auri: et hoc iudex fieri faciat, aliàs ut infamis ab officio remotus solvet Regi decem morapetinos auri. Hoc dicit.

(1) *Cada mes.* Concordat cum l. fin. C. *de custod. reor.*

(2) *El Juez.* Nota, quod iudex debet esse diligens in relaxatione carceratorum, aliàs punitur, ut hic. Et hic sumitur practica implorandi officium iudicis, et petendi, ut quis relaxetur, ubi nulla justa causa est retentionis, et fit protestatio iudici ad pœnam hujus legis, secundum Angel. in dict. l. fin. ubi et Bald. dicit, quod in causis carceratorum dilaciones debent breviri.

LEY IX. — Como los guardadores de los presos non merecen pena, si los otros sus compañeros, a que los encomiendan, se van con ellos (a).

Acaesce a las vegadas, que los que han en guarda a los presos, non pueden cada vno guardarlos, e acomiendanlos a otro quando van a alguna parte; e aque-

llos que fincan, otrosi contece a las vegadas, que maguer estan y todos a guardarlos, pero deuen dormir los vnos, e velar los otros. E porende dezimos, que si los que fincan por guardar los presos, o que los velan, se van todos, o alguno dellos, con los presos (1), e los otros que non estan delante, o que duermen, non lo saben, nin fazen engaño, nin malicia en esto; que non son en culpa, nin merecen pena ninguna porende. Mas aquellos que se fuessen con los presos, deuen morir (2) porende, quando quier que sean fallados; fueras ende, si alguno dellos fuere moço (3), o ome vil, o de mal seso. Ca estonce, non deuen dar la pena sobredicha a el, mas a aquel que lo y puso; pero el Judgador deue dar a este tal, que se fue con los presos, otra pena, qual entendiere que merecesce, segun su aluedrio. Ca non es guisado que finque sin pena, seyendo atal que entendiessse lo que fazia (b).

(a) LL. 17 y 18, tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) Hoy rige lo dispuesto en el cap. 2, tit. 8, lib. 2 del Código penal de 1848, sobre *infidelidad en la custodia de presos*.

LEY IX. — Si custos per commentariensem majorem carceris ponatur, et fugerit cum capto, occidetur ipse custos, nisi sit puer, aut vilis, qui minus punitur arbitrariè; sed eum ponens occidetur: alii autem custodes hujus sceleris non conscii, qui ibi non erant aut aliis vigilantibus dormiebant, non puniuntur, cum non sunt in culpa. Hoc dicit.

(1) *Con los presos.* Concordat cum l. fin. D. eod. et ibi notat Bart. et Angelus ibi infert pro castellano, qui fuit proditus à custodibus intromitentibus inimicos in fortalium; nam cum nemo possit à proditione cavere, nisi sit divinus, ignoscendum est ei; et facit D. *mandati*, l. *si fidejussor*, §. *in omnibus*.

(2) *Morir.* Adde dict. l. fin. D. eod. et l. *milités*, ubi Glossa. Et nota istam legem ad declarationem illarum: est ergo hic specialis casus, in quo custodi imponitur pœna mortis, quando ipse aufugit cum custodito; quod tamen hodie non procedit, nisi erat casus, in quo custodes tenebantur pœna mortis, ut habetur in l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* quam vide: si verò alias dolo vel culpa custodum evadat custoditus, dic ut infra eod. l. 12. et per Gloss. in l. *ad commentariensem*, C. eod. et in dict. l. *milités*, et l. fin.

(3) *Moço.* Adde dict. l. fin. C. eod. l. *ad commentariensem*.

LEY X. — Que pena merecesce el fiador, si se fuye el acusado a quien fio.

Sobre fiadores (1) dan a las vegadas los Juezes algunos acusados, a tal pleyto, que los fagan cumplir derecho sobre los yerros de que los acusan: e porende dezimos, que si en la fiadura fuere puesta pena (2) señaladamente, que peche el fiador, aquella deue pechar, si non aduxiere (3) aquel a quien fio ante el Juez, para cumplir de derecho. E si non fuere puesta pena cierta en la fiadura, e fuere costumbre vsada en aquel lugar do acaescesse, quanto deue pechar el que assi fia a otro por su faz, si non lo aduxiere a derecho, aquello deue pechar que fuesse costumbre. E si non es y costumbre vsada para esto, deuele poner pena de pecho (4) el Judgador, segun su aluedrio: e sobre tal fiadura nol deuen dar pena en el cuerpo (5) al fiador, maguer aquel a quien fio la mereciesse. Pero el Juez que diesse sobre fiador algund ome, que fuesse acusado sobre yerro que mereciesse muerte, o otra pena en el cuerpo, si le fuesse prouado, non se puede escusar que non sea en grand culpa quando lo diesse por fia-